Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

testamentum suum et pepigerunt
eum secundum illam diem usque
hodie Et dedit eos in miseras
in conspectu omnium qui ceperunt
eos Salvos fac nos domine
deus noster et congrega nos de na
tionibus Ut confitemur nomini
tuo sancto et gloriemur in lau
de tua Benedictus dominus deus
israel a seculo et usque in seculum
et dicet omnis populus fiat fiat ps
Confitemini domino quoniam
bonus quoniam in seculum
misericordia eius Dicant nunc qui
redempti sunt a domino quos
redemit de manu inimici et
de regionibus congregavit eos
A solis ortu et occasu ab aq
lone et mari Erraverunt in
solitudine in inaquoso viam
civitatis habitaculi non invenerunt Esurientes et sitien
tes anima eorum in ipsis de
fecit Et clamaverunt ad dominum cum tribularentur et de ne
cessitatibus eorum eripuit eos
Et deduxit eos in via recta
tam ut irent in civitatem ha
bitationis Confitentur
domino misericordie eius et mirabilia
eius filiis hominum Quia sa
ciavit animam inanem et animam
esurientem satiavit bonis Se
dentes in tenebris et umbra
mortis vinctos in mediocri
tate et ferro Quia exacerba
verunt eloquia dei et consilium
altissimi irritaverunt Et hu
miliati sunt in laboribus cor
eorum infirmati sunt nec fuit
qui adiuvaret Et clama
verunt ad dominum cum tribularen
tur et de necessitatibus eorum
liberavit eos Et eduxit
eos de tenebris et umbra mor
tis et vincula eorum disrupit Con
fitentur domino misericordie eius et mi
rabilia eius filiis hominum
Quia confregit portas erea
et vectes ferreos comminuit
Suscepit eos de via iniqui
tatis eorum propter iniquitates eorum
suas humiliati sunt Omnem
escam abhominata est anima
eorum et appropinquaverunt usque
ad portas mortis Et cla
maverunt ad dominum cum tribu
larentur et de necessitatibus
eorum liberavit eos Misit ver
bum suum et sanavit eos et eri
puit eos de interitionibus
eorum Confitentur domino misericor